Officium Beati Henrici



Handskrift HS A 129

Tillkomstår Slutet av 1300-talet
Digitaliserad år 2015

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library
of Sweden

Officium Beati Henrici



Handskrift HS A 129

Tillkomstår Slutet av 1300-talet
Digitaliserad år 2015

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

*A 129

Kungl. Biblioteket,
STOCKHOLM
Handskrifter.
*
№ A129

4a

Uttagen från perg. blads förrådet 1892. – Rubricerad den 22 Jan. 1901.

Officium B. Henrici. Fragm.

Gaude cetus fidelium henrici nata
licium letis extollens canticis qui mo
uit in gaudium per insigne martirium chorus
mistus celicis. Ornamentis decoratus
virtutum vir inclitus upsalensis presulatus
plebem rexit primitus Sanctus ericus
dulcius rex presulem dilexit quem deo fide
liter ministrantem conspexit O quam fe
lix ecclesia sub patre spirituali quam felix erat
swecia regi subiecta tali Hos pronos
pariter leti veneremur ut cum hiis perhenniter
in celis colletemur Confratres Colo
sum pontificem henricum post multiplicem
virtutem qua refloruit per mortem quam
sustinuit victorem vexit hodie christus in
templum glorie. Exultemus in henrici sacro
natalicio In quo laudes deo dici condecet
in gaudio vente Sanctum ericum
comitans sanctus presul finlandiam adiuit
illic militans bonam christi militiam sanctus
vir Doctrinam evangelicam annuncians
gentilibus patentem viam celicam demonstra
bat errantibus qua itur ad superna Ut expolu
staret ydolatrias non timuit ne mine
tur multos se turbulantes Domine quid
Gloria et honore
Regnante illustrissimo rege sancto erico
in swecia venerabilis pontifex beatus
henricus in anglia oriundus conspicuus
vite sanctitate et morum honestate presulatus
upsalensem regebat ecclesiam cuius quasi
duobus magnis luminaribus presens terre illius
ad veri dei noticiam et cultum magis ma
gisque illustrabatur iugiter ac informa
batur Sanctus autem rex insignem pon
tificem moribus et ecclesiastice dignitatis
culmine pollentem intimis amoris com
plectebatur affectu et sue specialis famili
aritatis gratiam plenam habebat. felix patria
quam divina maiestas decorabat talium
ac tantorum rectorum eodem tempore moderamine gu
bernari Non erat tunc formidini ut regnum
in se divisum desolaretur. Sed ad gloriam
dei iustitiamque et tranquillum regnum subditorum
capita ipsorum tam concorditer convene
runt Tu autem Omnes gentes iubilate
deo celi exultate gaudeat finlandia le
ti deum collaudate Et henrici celebrate
leta natalicia Hic effulsit honestate
morum ubi veritate simonia
Edificabatur ecclesia illo tempore christus in tem
plum dei vivificabatur ... leges quas
simplex antiquitas vel minus sancte condiderat
vel obliquaverat perversitas malignorum
Studebat pater ac iusticie subditorum lu
pi rapaces dentes venenatos in insonan
tes acuere non audebant Cum rex sedens
in proprio intuitu suo omne malum dissi
paret et bonus pastor viriliter vigilaret
super custodia gregis sui Cumque plebs
finlandie tunc ceca et crudelis gentilitas
gentibus in swecia grandia dampna frequen
ter inferret, sanctus rex ericus assumpto se
cum ab ecclesia upsalensi beato henrico collecto
exercitu contra inimicos christi et ipsius sui inimicos
expeditionem dirigit quibus potenter fidei
christi et suo subiugatis dominio Baptizatis
plurimis et fundatis in partibus illis ecclesiis
ad sweciam cum gloriosa victoria remeavit
Tu autem Sceleris cuius sancta impii rei
dirigunt sententia ut reus homicidii
subirent penam Et penitentes plagiarii
consequentur veniam qui salubris
remedii sprevit infelix gratiam
Pensans autem henricus vinee domini
custodem et cultorem se divinitus
constitutum considerans ad irrogandum
ymbrem celestis doctrine novellas neo
phitorum plantulas et ad corroborandum
dei cultum in partibus illis audacter rema
sit non metuens se quibuslibet adversis

Exponere ut possit dei gloriam dilatare
et quantus dei fervor caritatis ardor
divini amoris altare ante [illegible] cordis
devotissimi pontificis accenderat qui post-
positis opulenciis regni et amicorum sola-
ciis corporalis prelatus sede sublimi pro
peccatorum et pauperum omni salvacione mor-
tis se minas periculis exponebat illius
imitacione pastoris qui relictis nonagin-
ta novem ovibus in deserto unicam erra-
tam sollicite requisivit et inventam pro-
priis humeris ad ovile reportavit. Et.
R/ Inpenitentes malicie vir sanguinum ecclesie
despecta disciplina. In ministrum iusticie
ferox surgit et rabie occidit huius servum.
V/ Sic palma victorie presul intra-
vit hodie palacia divina. Pastor
A. bonus veraciter curam gregis dominici
gessit perstabiliter in labore multiplici.
A. Cum invocare Christum devotissime
crebra cum instancia offerebat altissimo
A. pro eis sacrificia. Verba mea. Sed
deus exaudivit devotum pastorem et a
malis custodivit suum verum cultorem
f. Dne deus in [illegible]. Cum vero edifica-
cioni et confirmacioni Finlandensis ecclesie pru-
denter et fideliter insudaret, accidit ut
homicidam quendam ob ipsius facinoris
immanitatem ecclesiastica disciplina vellet
corrigere ne facilitas nimia venie in-
centivum delinquendi preberet quod salutis re-
medium infelix vir ille sanguinum con-
tempsit et in sue vertit dampnacionis cu-
mulum odio [illegible] se salubriter ar-
guentem. In ministrum itaque iusticie et
sue salutis zelatorem funestus insiliit
ipsumque crudeliter trucidavit. Sic sacer-
dos domini acceptabilis hostia divinis ob-
lata constitutis occumbens pro iusticia te-

plus superne civium cum gloria palma triumphi
feliciter intravit. Tunc autem birretum predicti in V/
Christi occisor suo capiti [illegible] imponebat, quod
dum vellet amovere carnes illi cohesere
et eas amovebat. Visus quem se perfuns
se retulit a permisse sic illum remordebat
R/ Postmodum ille scelestus occisor tollens
de capite sancti pontificis birretum quod gestare
consueverat suo capiti imposuit et regressus
domum de commisso flagicio se iactans quod
versum perpetrasset per hoc signum sancti viri le-
tabatur cum male fecisset et exultabat in
rebus pessimis. Dum autem birretum quod ipso
posuerat capite amovere temptaret cutis
et caro birreto cohesérunt et illa in simul
a testa capitis amovebat congrua prorsus
divine ultionis vindicta ut tali pena mi-
serabiliter torqueretur qui non est veritus quendam
deum colentem occidere et occisum spoliare. V
R/ Miraculum et dignum longe dum post
obitum insignis viri dei [illegible] a-
nicula in particula eiusdem glaciei. Dum
sacre reliquie iacuerunt in glacie calor
f. non nocuit ei. Vers. Digitus miro
modo in hieme abscisus longe post in
vere cum ubique glacies tota liquefacta et
resoluta esset cum anulo super ipsum crocitante
cum anulo ipsius est inventus in quadam
particula glaciei. In villa Kaupale pa-
rentes cum filium mortuum parent ad
involvendum invocabant precinium beati
Henrici. Cum cum fecissent sancto pro eo vo-
tum qui iacebat mortuus mox revixit.
Filia Anonis de [illegible] cum defuncta
a parentibus plangeretur ad invocacionem
beati Henrici restituta est vite pristine et
saluti. Mulier quedam per tempus [illegible]
langore detenta sancto Henrico votum fecit
et sanitati restituta plene convaluit